



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Iurisdictione Episcoporum Germaniae**

**Wintzler, Christoph**

**Coloniae, 1614**

39. De aduocatione causarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10387**



concord. pat. Colo. art. 16. ibi, einen standhafftigen  
 Rath von Geist- vnd Weltlichen personen / quo  
 rectius vtramque jurisdictionem, & tam eccle- 7.  
 siasticum quam politicum statum administrent.

## TITVLVS XXXVIII.

## De auocatione causarum.

1. **Q**uis possit causam auocare?
2. **Q**uidque sit expresse vel tacite.
3. Inferior auocationi superioris siue iusta siue in-  
 iusta parere tenetur.
4. Si inferior iure proprio cognoscat, non obstante auo-  
 catione valet quod agitur.

**I**S causam auocare potest, qui iudicare iussit, 1.  
 vel manus imperium in ea iurisdictione ha-  
 bet, l. iudicium soluitur. 58. ff. de iudic. siue infe-  
 rior habeat ordinariam iurisdictionem, & i-  
 dem tribunal cum superiore, vt Vicarius Epi-  
 scopi, vt ibi Bart. Castrens. & alij Dd. c. vt nostrum,  
 vbi Panor. num. 2. x. de appell. Marant. in specul. part.  
 4. dist. 16. nu. 60. Capell. Tholos. quest. 481. & ibi Auf-  
 frex. Gail. lib. 1. obs. 41. num. 3. siue non, vt delega-  
 tus, vel potestas, siue iudex cum assessoribus, qui  
 ex forma statutorum iurisdictionem habent,  
 Bart. d. l. iudicium. num. 2. expresse, hoc est, 2.  
 expressis verbis siue litteris ad inferiorem da-  
 tis, vel tacite, cognoscendo, vel cōmittendo cau-  
 sam, Gail. d. obs. 41. num. 11. & seq. Marant. d. dist. 16.  
 nu. 58. Schrader de feud. part. 10. sect. 1. nu. 180. Et licet  
 superior auocando aliquando nimum faciat,

E 4 nihil-



- nihilominus inferior, ad quem non pertinet superioris factum iudicare, auocatione siue iustæ siue iniustæ parere tenetur, *Panor. in d. c. ut nostrum. num. 3, Stephan. Aufrer. ad Capel. Tholos. d. quest. 481. num. 1. fac. §. Vnd was betriffet/rc. Reichs abscheid/de anno 1541. §. vnd damit die zeit/rc. de anno 42. §. so viel das Recht/rc. §. vnd was am/rc. de anno 44. alias acta sunt ipso jure nulla, & ne quidem partium consensu validantur, Schrader. d. loc. per plures Dd. Aufrer. d. q. 481. num. 3. per c. bona x. de postulat. secus, quam si is auocet, qui iudicare non iussit, nec maius imperium habet d. l. Iudiciū, vel si inferior jure proprio cognoscat, vti magistratus municipalis, qui subest præfidi prouinciæ, vel Episcopus, qui subest Archiepiscopo, non obstante auocatione valet quod agitur, *Castrens. in d. l. iudicium. num. 7. per §. interim §. nulla. auth. defens. ciuit. col. 3. gl. in clem. 1. de cele. missar. quantumuis iste inferior per superiorem confirmet. Couar. præct. quest. cap. 9. num. 4. quem vide latius de hac materia.**

## TITVLVS XXX.

## De appellatione.

1. **A**B Archidiacono appellatur ad Episcopum.
2. **A** Non autem à generali siue Vicaria.
3. **A**B Episcopo appellatur ad Archiepiscopum.
4. **S**i ad Cameram immediatam appelletur Archiepiscopus interueniens auditur.
5. **A**B Archiepiscopo quo appelletur?

1. **A**B Archidiacono appellatur ad Episcopum, c. romana, §. ab Archidiacono x. de ap. p. 8